



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

1. De Euangelio Dominicæ, De Christo doce[n]te ex nauì Petri Luc. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

quantumuis tenuibus principijs Evangelicæ prædicationis æterni Patris glorificatio, & tot millium animarum conuersio esset promanatura? Zelus gloriæ Dei & salutis animarum.

De perfecta fidei dignitate, proprietatibus & fundamentis.	} 6. p. med. {	VI.
De actibus fidei perfectè exercendis.	} 2. {	VII.

Dominica V. post Trinitatem.

De Christo docente ex nauis Petri.

Luc. 5.

5. Hebdom. post Trinitatem I.

I. **C**Hristus irruentes turbas docet è nauicula Petri paululum à terra reducta. Quātus ardor Christi verbi diuini seminandi, quanta deuotio populi audiendi? quomodo exultare Christus præuidens ex nauicula Petri, id est, Romana Ecclesia, inter tempestates fluctuatura, non mergenda, fidem toto orbe propagandam, simulq; tantam hominum multitudinem olim conuertendam? Zelus gloriæ Dei, & conuersionis populi.

II. *Vi cessauit loqui, dixit Simoni: duc in altū, & laxate retia vestra in capturā, quō*

H h 2

respon-

respondit, *Præceptor, tota nocte laborantes, nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabimur.* Et cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudinem copiosam. En typum sæcularium in vasto mari huius mundi piscantium & nihil capientium, quia piscantur in nocte peccati mortalis, in nocte mundanæ vanitatis, intendentes opes, honores, voluptates; in nocte mortis, pœnitentiam in horam mortis differentes: item religiosorum in studio propriæ aliënæq; perfectionis laborantium, & parum proficientium, quia piscantur & ipsi gemmas gratiæ & gloriæ in nocte impuræ intentionis: in nocte repiditatis: in nocte procrastinationis veræ conuersionis. O quam feliciter hi omnes piscarentur, si culpas expiando, intentionis oculum mundando, teporem excutiendo, promptè diuino instinctu parendo, Petrum imitarentur! Feruor maturæ conuersionis; puræ intentionis, promptæ obedientiæ.

III. Petrus obstupescens prociens ad genua Iesu, dicensque: *Exi à me Domine, quia homo peccator sum:* audire meretur: *Noli timere, ex hoc erunt homines capiens:* Quanta illa Petri humilitas, sic se deprimentis at quanto

ma.

maior Christi benignitas, sic illum vicissim exaltantis? quanta Petri charitas, Christo nauiculā suam tam promptē offerentis? at quantō maior Christi liberalitas, vniuersalis Ecclesiæ nauim illi committentis? Humiliatio, erga Deum liberalitas.

De testimonio Ioannis de Christo, & vocatione primā Andrea. Ioan. I. II.

I. Ioannes cum pridie Sacerdotibus & Leuitis ad se missis de Christo post se venturo testimonium perhibuisset, cuius non esset dignus corrigam calceamenti soluere, altera die videns Iesum ad se venientem, palam ait: *Ecce Agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat. Vidi Spiritum descendentem quasi columbam, & mansit super eum, hic est Filius Dei.* Quanto zelo sui deprimendi, & Christi exaltandi hæc dixerit, quos internos reuerentiæ, amoris, zeli, gaudij de gloria eiusdem affectus adiunxerit? quā se felicem & indignum simul reputarit, cui verbum Incarnatum coram cernere, digitis ostendere, mundoque propalare concessum foret.